

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Programma a Decano Reliquisq[ue] Philosophicae Facultatis in Academia
Rostochiensi Professoribus. In Funere ... Dn. M. Joannis Huswedelii,
Philosophiae Pract. Professoris celeberrimi ... Propositum Quo omnes
Academiae Cives, ad exequias, sua Praesentia Cohonestandas invitantur**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75628290X>

Druck Freier  Zugang



Universitäts
Bibliothek
Rostock



Kl. 241. (3.) <son>

17
291.
8


PROGRAMMA
DECANO
Reliquisq; Philosophicæ
Facultatis in Academiâ Rosto-
chiensi Professoribus.

In Funere
CL. & PRÆSTANTISSIMI VIRI
DN. M. JOANNIS
HVSWEDELH,
Philosophiæ Pract. Professoris ce-
leberrimi, Facultatis SENIORIS de-
venerandi, de bonis literis præclarè
meriti,

Propositorum

Quo omnes Academiæ Cives, ad exequias,
suâ Præsentia Cohonestandas invitantur.

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.
Anno 1651.





Hesaurum veteris & recentioris Literaturæ,
quo nostra hæc Academia, ut & urbica Schola,
incredibili cum commodo,usa atq; gavisa fuit,
hoc luctuoso die. O concives, humandum effe-
simus ; JOANNEM dico HUSW EDE-
LIUM, Praclarum illum Philologum, Philosoph.

Præct, Professorem, FACULTATIS nostræ devenerandum atq;
desideratisimum SENIOREM, quem, dum thesaurum appella-
m⁹ immane quantū in eo nobis perierit, cuivis haud difficulter
colligere licet. Fulserunt olim in Aplissimā nostrā FACULTA-
TE lumina splendidissima, VIRI pro fecto magni nominis, CLIN-
GIUS, CASELIUS, CH TTRÆLIUS, POSSELIUS,
KIRCHMANNUS, ceteri, quos nominare laudare est.
His suis amoribus, se jam adjunxit, noster piè defunctus SE-
NIOR, cuius merita & dignas laudes, si huic referre conarer,
actum agerem, & dies cum charta forte deficeret. In cuius enim
ore non est laus JOANNIS HUSW EDELIUS? Mitte-
bantur nō ita pridē e florentissimā Batavia, à quodā hujus Præ-
ceptoris discipulo non ingrato, Viro nec indocto, literæ, quæ
inter alia, hæc habebant. JOANNES TARNOVIUS,
Sixtino Amamæ dicebatur, Sol oriens & ocellus totius Megapoleos,
cuius viri pretium, nostri loci homines sibi ignorare videbantur, Quid
bonus & emeritus senex Dn. Husvedelius agit? anne adhuc
norunt eum Nostri? Respondebatur, imo norunt, nec solum
nostri, sed tota Germania, & ubi cunq; bonis literis adhuc locus
est. Quienam ignotus foret, quem tot Scholarum Rectores,
Correctores, tot Academiarum & Ecclesiarum Doctores,
suum Præceptorem undiquaq; perenni famâ circumferunt?
Mortuus ergo est, sed ita, ut adhuc superet.

Sic, Sic perpetuo vivit post funera virtus!

Advortite animū ò charissima pignora à Parentibus huic Almæ

A 2

Ma.

Matri quam sanctissimè concredita, Studiosi juvenes, perpendite, INDUSTRIA quantarū divitiarum hæreditate tandem gaudeat, verbo dicemus, *metavocē*, & quotidianorum vestrorum bacchanaliorum, per salutem CHRISTUM vos obtestamur, TANDEM finē facite. Sed revertar, unde eram digressus, & B. SENIORIS nostri, vitæ curriculum, prout mihi exhibitum est, enarrabo. JOHANNES HUSWEDELIUS natus est Hamburgi Anno Christi 1575. ex parentibus honestis, & famæ integræ HANSO HUSWEDEL inter pistores Seniore, & MARGARETA GRAVIA, Civibus. Nomen ei destinatum à mulierculis puerperæ adstantib⁹ Jacobi, quod pridie ejus Apostoli in Kalendario notati, natus esset, & quod ante ipsum duo filioli isto nomine nominati, in primā infantiā decessissent. Sed pater ejus nihil ista superstitione tactus, nomen JOANNIS puerō in S. Baptismo dari voluit, & obtinuit. Parentum sedulā educatione, cum ad annum ætatis quintum pervenisset, in Scholam patriam deductus est, ut prima literarum elementa edisceret. Ingenium ejus egregium & singulare statim in infantiā se excœluit. Cum enim examen haberetur, quo in puerorum progressus inquiritur, accidit, ut BERNHARDUS VAGETIUS, postea Ecclesiæ ad S. Nicolai Pastor, qui & inter alios examini præerat, pueri initia valde laudaret, & cum in scripturā ejus deprehenderet, quod versus ab initiosis humilioribus exorsus, in altum duxisset, re in jocum versā, tu quidem inquit, ad altiora videris contendere. Quod omen puer arripuit, & laborioso magis conatu per classes inferiores progressus, ad quartam pervenit. Præerat ei tum temporis CHRISTOPHORUS ST LVIUS, vir bonus, Poeta optimus. Is in dolem pueri contemplatus, ita amare eum cepit, ut ad poeticum studium non exiguum deinceps calcar ei adderet. In quo quantum profecerit, testari possunt plura ebeo feliciter diversis temporibus edita carmina. Ab illo ad secundam proiectus,

yicinum

vicinum sortiebatur JOANNEM à WÖRREN, quo studiorum socio excitata naturæ indoles magis ac magis eluce-re cœpit. Nam non solùm Latinè scribere doctus erat, sed & græcas literas, in quibus postea regnum obtinuit, tractabat mirâ prorsus felicitate. Inde factum, ut cum in Scholâ triviali adhuc versaretur, alius, ætate multò proiectioribus, classicos inutrâq; lingua autores, cum fructu prælegeret, ac interpreta-retur. Extant ejas plura adhuc indicia, nec desunt, qui hoc fando ab aliis exceperunt. Cum igitur tantus profectus brevi tempore in patriâ fecisset, amicorum consilio, & permisso matris, in vicinam Rhodopolitanam alegatus est, ut cepta feliciter studia, sub magnis præceptorib; continuaret. Usus est inter alias familiariter NICOLA O WILLEBRANDO J. U. D. & MARTINO BRASCHIO, illo Ethices, hoc Logicæ Professoribus, quorum, nec minus aliorum, suffragiis Anno 1598. summus in Philosophiâ gradus ipsi publicè decretus fuit. Ab eo tempore peregrinari placuit, & itinere per Germaniam suscepit, sequenti statim anno Witebergam per-venit, ubi etiam diutiusculè commoratus est. Pluribus hic i^mpanagītus noster innotuit, eiq; satis arcta cum clarissimis Theologis HUNNO, BRODERMANNO, HIMMELIO, nec non ERASMO SMIDIO Gr. lit. Prof. Publ. amicitia intercessit. Testes sunt plurimæ ejus literæ, quæ, veluti ad familiares sunt, perscriptæ. Inde per interiorem Germaniam profectus, in Austria & Bavariam penetravir, factoq; reditu Basileam, Argentoratum, Tubingam atq; alias Academias ferè omnes salutavit. Cum Heidelbergam pervenisset, in Grateri amicitiam incidit, & constanti ejus familiaritate, dum licuit, usus est; Helmstadij Caselium nactus est fautorem unicum. Hoc or-be facto, Rostochium rediit. Inde amicorum hortatu Sueri-num Ducale oppidum concisit, & Scholastico correctoris munere aliquandiu functis est. Sed calens adhuc à peregrina-tione animus, quietem non tulit: quiq; superiorem Germani-

am attento lumine videret, inferiorem quoq; Belgum dico,
desiderabet. Excitabat ei hoc desiderium, *Jos. Scaligeri*,
Baudij Vulcanij aliorumq; ingens fama, quas videre, & à
quorum ore pendere, ipsi vita fuit. Quàm familiariter autem
cum Baudio versatus fuerit, indicant ejus Epistolæ, quibus
etiam *E managis* mentionem facere voluit. *Paulo Merule*
vero, at viro quali! adeo innotuit, ut in ejus ædes receptus,
studiis ac moribus filiorum formandis præficeretur, qui sub
ipso quoq; insigniter profecerunt. Post id tempus publicis
officiis est admotus. Cùm enim in Schola patriâ Conrectoris
munus vacaret, & ad id ornandum ipse publicis literis evo-
caretur, id sibi cùm ab aliis, tum præcipue ab *ALBERTO ab*
EITZEN, & *EVERHARDO TVVESTRENCIO*, qui
tum Lugduni Batavorum studiorum causâ cum ipso agebant,
quorum alter consularem hodie adhuc dignitatem apud suos
magnâ cum laude sustinet, alter senatoriâ perfunctus, decessit,
persuaderi passus est. Eam provinciam igitur anno 1605.
suscepit, per decennium integrum sustinuit, laude sine dubio
immortali. Prodierunt enim ex ejus disciplinâ, veluti ex Durio
equo, viri plures eruditione præstantissimi, qui quidquid bo-
narum literarum nörunt, præceptori huic acceptum ferunt.
Testatus id haud ita pridem non nemo, magnæ inter suās, nec
minoris apud ceteros famæ, græcarum juxta ac latinarum lite-
rarum callentissimus. Anno 1615. Rostochium cum familiâ
concessit, præficiendus Scholæ urbicæ, ac Græcarum lite-
rarum professioni publicæ. Illam cum laude magna,
integro quinquennio Rector gubernavit: hanc plu-
ribus annis, juncta Philosophiæ Practicæ lectione, publicè
sustinuit, ac legendō, disputando, aliis doctrinam ac eruditio-
nem, sibi famam ac gloriam peperit immortalem. Cùm verò
pestilens Martis sidus Anno 1626. & sequentibus, hanc Pro-
vinciam, uti & totam Germaniam contagioso halitu afflaret,
in patriam veluti asylum quoddam redit, ac totius Scholæ,
& illustris

& illustris Gymnasij regimen suscepit, & aliquot annis tenuit, donec malevolorum quorundam odio ac invidiâ, quam non nulli e sacro ordine ipsi conflaverant, fatigatus, Provinciam eam, invitissimis Urbis proceribus, sponte deseruit & in Rhodopolitanam reversus, professioni, quam vacuam reliquerat, denuo adjunctus est. Hanc more suo fideliter & industrie administravit, usq; dum inter emeritos censeretur. Nunquam adduci potuit, ut quæ studiosè concessit, typis vulgarentur, quanquam fortè non indigna, quæ lucem adspicerent: Poëtices eum fuisse, amantiorem ostendunt varia ejus carmina, quæ non nisi justo volumine contineri queant. Theologiæ Polemicae imprimis sapiens fuit, cumq; sœpe de industria nascitorum arrogantiæ reprimendæ ergo, adversariorum Theses rigidius defendret, parū abfuit ab odio & calumpnia imperitorum. Nec à concinando abstinuit, sed juvenis, & cum SVERI N Iageret. Matrimonium init Anno 1607. cum lectissimâ castissimaq; Virgine JESCHA SIMERIA, Viri integerri- mi, & honestissimi JOANNIS SIMERII filia. Ex eâ suscep- pit JOANNEM primum & secundum, MARGARETHAM, ANNAM MARIAM, & JOANNEM ALBERTUM, quorum primi quatuor in infantili ætate lucis usura privati sunt. Superat & supersit diu JOANNES ALBERTUS, Medicinæ Doctor & Practicus Hamburgi, qui nunc cum mæstissimâ vidua matre parat exequias. Corpus optimæ con- stitutionis ipsi à naturâ contigit, morbis minimè obnoxium. Ultima tantum senectus debilitatem membris induxit, ut rationis imperio obsequi non possent, quæ deinceps quoq; ali- quid humani passa est. Aurum tamen sensus ad extremum usque vitæ halitum perstittit ipsi instructissimus, quare ad pre- ces rogatus, constanter respondit, & ad lectionem Ps. 86. val- dè commoveri visus est. Solatio quoq; fuit Ps. 39. repetita- lectio, nec lachrymas tenuit, cum audivit Regem & Prophe- gam queri, à castigatione manu tua proper iniquitatem ego defec-
ctuo

cum enim corripueris hominem propter peccata, tunc consumitur tan-
quam à tinea pulchritudo eius: profecto omnis homo vanitas. Exaudi
orationem meam, & deprecationem meam auribus pereipe, &c. Inter
has & alias suorum preces & suspiria placidè admodum ob-
dormivit anno jam labente 1651. mensis Octobris die 22. hora
4 matutina, cum non nisi per octiduum lectulo prorsus affixus
jacuisset. Vixit ergo hic tantus Vir, & in vita quantum po-
tuit, bene multis profuit: sed quia homo peccator erat, dum
se prodesse sæpe putavit, non raro obfuit: nemo enim vivit
mortalium, qui, dum magno conatu cupit prodesse, aliquan-
do non insigniter obfit. Supereft, ut quod nostri est officij,
faciamus, & B. DN. Seniori, quod debemus, solvamus. Imite-
mur itaq; bonam ac gratam Populi Romani mentem, in exe-
quias PAULI AEMILII spectatam; non auro, non ebore.
aut alio apparatu, sed benevolentia, sed affectu, funus sui Prin-
cipis decorare nitebantur. Demonactem sane communem
Atheniensium Praeceptorem, univerfa Græcia tanto amore
prosequebatur, ut prætereunti, iij quoq; qui Magistratum gere-
bant, adsurgerent Ingravescente supremodum ætate, inquam
cunque domum erat ingressus, in eà & cibum capiebat & dor-
miebat, imo, tota illarum ædium familia sibi gratulabatnr,
quod bonum vidisset genium. Ipsi pueri pira ac poma illi
offerebant, patrum eum honorifice compellantes. In funeris
procuratione, nemo non accurrebat, præcipue Philosophi
certabant de pheretro, quo subjectis humeris eum ad sepul-
chrum deferrent. Accurramus & nos ad hujus Demonactis
funus, nec ultimum honorem ei denegemus. Postulat hoc à
nobis pietas, B. Senioris virtus & singularis eruditio, per gra-
tum solamen erit mæstissimæ Viduæ, & Clarissimi HU-
WEDELLI hic præsentes, omni conatu de-
nobis singulis hoc demereri studebunt. Sub Sigillo

DECANATUS die 31. Octob. Anno 1651.

Conventus fieri in Templo Jacobeo ad horam primam,



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn75628290X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75628290X/phys_0013)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn75628290X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn75628290X/phys_0015)

DFG



ges ac Principes s^ep^e attoniti audire: Suas
eminentis vim, non secus ac Demosthenici
petum imperij Proceres s^ep^e sensere. De
s non tantum privati, sed & publici partibus,
minis forma, de religionis purioris vindicijs,
ibus recte instituendis, litium prolixis telis
ad publicam salutem conservandam necessaria
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
luit alter Sulpitius, studio, usu, experientia, &
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientia
olanè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
ctorū disertissimū & oratorū juris peritissimū
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
peris continentia, in fortunæ instabilitate
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
imniatum, invidiæ & livoris iclus ac mortus
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
& occupatisissimus fuerit, semper tamen
n respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
as defensor, imo & excultor perpetuus fuit.
viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-
dente, eidem in officio suffetus & in collegium Juridici
us fuerit; præstitit se quoq; in hac vita statione fidum
tiones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &
tiri & Labeonis JCt ex exemplo annum quasi cum labori-
quibus tamen cum sensim nimis irretiri & aulæ astringi
caria viri consultissimi Christiani Obmichy J. D. eximij,
demicum sibi creditam, luculenter feceravit. Virtuti-
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
navit, seq; invictum reddidit: ast à morbis corporis se-
otius quò animo fortior, ed semper fuit corpore debilior:
um in itinere quodam officij ratione sucepto, correptus
ti initio typum tertianæ simplici gessit, ita non multò
sentavit, & inædis inducijs indulxit, majori paulò post
tuans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,
Accesserunt lienis & mesaræ obstructiones, & quar-
oles scorbutus, perennis iudem à capite ad fauces & pul-
ascens indelinens tusus, cuius vehementia, venuila pul-
monum